

LIBER GENESIS 15,1-21 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens:

Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

Post verba haec fuit verbum Domini ad Abram in visione, dicendo: Ne timeas Abram. Ego scutum tibi, merces tua multa valde.

(M) Post haec verba (I) factum est domini verbum ab Abra[ha]m in visu
dicens (E) noli timere Abra[ha]m ego protegam te merces tua multa erit
valde.

(H) His itaque transactis factus est sermo domini ad Abram per visionem
dicens noli timere Abram ego protector tuus sum et merces tua magna nimis.

**His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem
dicens: “Noli timere, Abram! Ego protector tuus sum, et merces tua
magna erit nimis”.**

**Nach diesen Begebenheiten ward *S E I N* Wort an Abram im Gesichte
wie folgt: Fürchte dich nicht Abram! Ich bin dir Schild, dein Lohn
(wird) gar viel (sein).**

**Nach diesem Beredeten ward *S e i n e* Rede a n Abram in der Schau,
ein Sprechen: Fürchte dich nimmer, Abram, ich bin dir Schild, Deines
Lohns ist sehr viel.**

2 Dixitque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis:
& filius procuratoris domus meae iste Damascus Eliezer.

*Et dixit Abram: Domine Jehovi quid dabis mihi? Et ego vado absque liberis,
& filius procurator domus meae, iste Dammesech Eliezer.*

(I) Dominator domine quid mihi dabis ego autem dimittor sine filiis hic
autem (E) filius Masech vernaculae meae (I) hic Damascus Eliezer.

(H) Dixitque Abram domine deus quid dabis mihi ego vadam absque liberis
et filius procuratoris domus meae iste Damascus Eliezer.

Dixitque Abram: “Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque

liberis, et heres domus meae erit Damascenus Eliezer”.

Sprach Abram: Herr, o Gott, was willst du mir geben? Ich gehe ja doch kinderlos daher, und mein Hausversorger ist Damnesek Elieser!

Abram sprach: Mein Herr, D u , was magst du mir geben, ich gehe ja kinderbloß dahin, und Wirtschaftssohn meinem Haus ist der damaskische Elieser.

3 Addiditque Abram: Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus haeres meus erit.

Et dixit Abram: Ecce mihi non dedisti semen. Et ecce filius domus meae haereditans me.

(E) Et dixit Abram quoniam mihi non dedisti semen vernaculus autem meus heres mihi erit.

(H) Addiditque Abram mihi autem non dedisti semen et ecce vernaculus meus heres meus erit.

Addiditque Abram: “Et mihi non dedisti semen, et ecce vernaculus meus heres meus erit”.

Sprach Abram: Sieh´, mir hast du nicht Nachkommenschaft gegeben, und siehe, mein Hausmann beerbt mich.

Abram sprach: Da, mir hast Samen du nicht gegeben, da muss mein Haussohn denn mein Erbe sein.

4 Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic haeres tuus: Sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis haeredem.

*Et ecce verbum Domini ad eum dicendo: Non haereditabit te iste, quinimo
[= quin immo] qui egredietur de visceribus tuis, ipse haereditabit te.*

(E) Et continuo vox dei facta est ad eum dicens non erit hic heres tuus,
sed qui exiet ex te hic erit heres tuus.

(H) Statimque sermo domini factus est ad eum dicens non erit hic heres tuus,
sed qui egredietur de utero tuo ipsum habebis heredem.

**Sed ecce sermo Domini factus est ad eum: “Non erit hic heres tuus, sed
qui egredietur de visceribus tuis, ipsum habebis heredem”.**

**Und siehe, S E I N Wort an ihn wie folgt: Nicht wird dich dieser beerben,
sondern der aus dir selbst hervorgehen wird, der wird dich beerben.**

**Da aber: S e i n e Rede an ihn, ein Sprechen: Nicht wird dich dieser
beerben, sondern der von deinem Leibe ausfährt, der wird dich beerben.**

5 Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice coelum, & numera stellas, si potes.

Et dixit ei: Sic erit semen tuum.

*Et eduxit eum foras, & dixit: Suspice nunc in coelos, & numera stellas, si
poteris numerare eas.*

(E) Eduxit autem eum foras et dixit ei respice in caelum et numera stellas si
potes enumerare eas et dixit sic erit semen tuum.

(H) Eduxitque eum foras et ait illi suspice caelum et numera stellas si potes
et dixit ei sic erit semen tuum.

**Eduxitque eum foras et ait illi: “Suspice caelum et numera stellas, si
potes”. Et dixit ei: “Sic erit semen tuum”.**

Und er führte ihn nach draußen hinaus und sprach: Schau´ doch gen

Himmel und zähle die Sterne – wenn du sie zählen kannst! Und er sagte zu ihm: So wird dein Same sein!

Er führte ihn hinaus ins Freie und sprach: Blicke doch himmelan und zähle die Sterne, kannst du sie wohl zählen? Und sprach zu ihm: So wird dein Same sein.

6 Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Et credidit in dominum, & imputavit illud ei iustitiam.

(L) Et credidit Abram deo et aestimatum est ei ad iustitiam.

(H) (Et) credidit (autem Abram) domino et re(de-)putatum est ei (illi) ad iustitiam.

Credidit Domino, et reputatum est ei ad iustitiam.

Da verließ er sich auf I H N , und er rechnete es ihm zum Guten an.

Er aber vertraute I h m ; das achtete er ihm als Bewährung.

7 Dixitque ad eum: Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chzaldaeorum, ut darem terram istam, & possideres eam.

Et dixit ad eum: Ego dominus, qui eduxi te de Ur Chasdim, ad dandum tibi terram istam, ad h(a)eredit[n]andum eam.

(S) Dixit autem ad eum (E) ego sum deus qui eduxi te de regione

Chaldaeorum ut darem tibi terram hanc (S) in hereditatem. (I) ut heres esses (sis).

(H) Dixitque ad eum ego dominus qui eduxi te de Ur Chalceorum ut darem

tibi terram istam (hanc) et possideres.

Dixitque ad eum: “Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldaeorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam”.

Und er sprach zu ihm: *I C H* bin der, der ich dich aus Ur Kasdim herausgeführt habe, dir dieses Land zum Vererben zu geben.

Er sprach zu ihm: *I c h* bin´s, der ich dich aus Ur in Chaldäa führte, dir dieses Land zu geben, es zu ererben.

8 At ille ait: Domine Deus, unde scire possum, quod possessurus sim eam?

Et dixit: Domine Jehovi(h) in quo cognoscam, quod haereditabo eam?

(S) Et dixit Abram domine et quomodo sciam quia hereditabo eam.

(I) Eius dominator domine unde intellegam quia heres eius ero.

(H) Eam at ille ait domine deus unde scire possum quod possessurus sim eam.

Et ille ait: “Domine Deus, unde scire possum quod possessurus sim eam?”

Da sprach er: O Herr, Gott, woran soll ich [mir] bewusst werden, dass ich es vererben werde?

Er aber sprach: Mein Herr, D u , woran mag ich erkennen, dass ich´s ererben soll?

9 Et respondens Dominus: Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam.

Et dixit ad eum: Tolle mihi vitulam triennem, & capram triennem, &

arietem triennem, & turturem & propiorem(?).

(S) Dixit autem ei deus accipe mihi vaccam

(I) Dixit autem illi dominus deus sume mihi vitulam

(E) trimam et capram trimam et arietem trimum turturem et columbam.

(H) Respondens dominus sume inquit mihi vaccam triennem et capram trimam et arietem annorum trium turturem quoque et columbam.

Respondens Dominus: “Sume, inquit, mihi vitulam triennem et capram trimam et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam”.

Da sprach er zu ihm: Nimm mir ein[e] dritte[s] Kalb[e] und eine dritte Ziege und einen dritten Widder und [eine] Turteltaube und [ein] Junges!

Er aber sprach zu ihm: Hole mir eine drittbürtige Färse, eine drittbürtige Ziege, einen drittbürtigen Widder, eine Turtel und eine Nestlingstaube!

10 Qui tollens universa haec, divisit ea per medium, & utrasque partes contra se altrinsecus posuit: Aves autem non divisit.

Et tulit sibi omnia ista, & divisit ea in medio, & dedit; unumquodque partis suae, ad occursum sociae(?) eius & avem non divisit.

(E) Accepit autem ei omnia haec et divisit illa media et posuit ea contra aliis alium aves autem non divisit.

(H) Qui tollens universa haec divisit (ea) per medium et utrasque partes contra se altrinsecus posuit aves autem non divisit.

Qui tollens universa haec divisit ea per medium et utrasque partes contra se altrinsecus posuit; aves autem non divisit.

Da nahm er ihm alle diese und zerstückte sie in der Mitte und tat von jedem das eine Stück dem andern gegenüber, aber die Vögel stückte er nicht.

Er hälftete sie mitten durch und legte jede Hälfte der zugehörigen gegenüber, das Geflügel aber hälftete er nicht.

11 Descenderuntque volucres super cadavera, & abigebat eas Abram.

Et descendit volatile super cadavera, & exsufflavit eas Abram.

(E) Descenderunt autem aves super corpora quae divisa erant et consedit eis Abram.

(H) Descenderuntque volucres super cadavera et abigebat eas Abram.

Descenderuntque volucres super cadavera, et abigebat eas Abram.

Da kamen Raubvögel auf die Kadaver herab, und es scheuchte sie Abram.

Das Geiervolk stieß auf die Aase nieder, Abram hieß sie von dannen kehren.

12 Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus invasit eum.

Et fuit Sol ad intrandum, & sopor cecidit super Abram. Et ecce terror obscuritas magna cadens super eum.

(E) Ad solis autem occasum pavor cecidit super Abram et ecce timor tenebrosus magnus incubuit ei.

(H) Cumque sol occumberet sopor irruit super Abram et horror magnus

et tenebrosus invasit eum.

Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, et ecce horror magnus et tenebrosus invasit eum.

Und die Sonne war zum Untergehen, da fiel ein Tiefschlaf auf Abram, Und siehe Schrecken, große Finsterheit ihn befallend.

Als nun die Sonne im Eingehn war, fiel auf Abram Betäubung – eine Angst, und große Verfinstung fällt da auf ihn.

13 Dictumque est ad eum: Scito praenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subicient eos servituti, & affligent quadringentis annis.

Et dixit ad Abram: Cognoscendo cognosces, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sibi. Et servient eis, & affligent eos quadringentos annos.

(E) Et dictum est ad Abram (L) sciens scies quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua et dominabuntur eorum et adfligent annis CCCC.

(H) Dictumque est ad eum scito praenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua et subicient eos servituti et adfligent quadringentis annis.

Dictumque est ad eum: “Scito praenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subicient eos servituti et affligent quadringentis annis.

Da sagte er dem Abram: So sollst du denn wissen, dass Fremdling sein wird deine Nachkommenschaft in einem Lande, das nicht das ihrige, (und dienen werden sie ihnen, und bedrücken wird man sie) vierhundert

Jahre.

Er sprach zu Abram: Erkennen sollst du, erkennen, - dass Gastsasse dein Same sein wird in einem Land, nicht dem ihren, dienstbar machen wird man sie und sie drücken, ins vierhundertste Jahr.

14 Veru(m)ntamen gentem, cui servituri sunt, ego iudicabo, & post haec egredientur cum magna substantia.

Et etiam gentem cui servient, iudicans ego. Et postea egredietur in substantia magna.

(E) Gentem autem cui servierint ego iudicabo (S) et postea exient huc cum

(A) iudicabo ego post haec vero exhibunt huc cum

(E) divitiis multis.

(A) supellectili multa.

(H) Verumtamen gentem cui servituri sunt ego iudicabo et post haec egredientur cum magna substantia.

Verumtamen et gentem, cui servituri sunt, ego iudicabo, et post haec egredientur cum magna substantia.

Aber auch die Nation, der sie fronden, werde ich richten, und alsdann werden sie ausziehen mit großer Habe.

Aber: Auch der Stamm, dem sie dienstbar sind – ich urteile ihn ab, danach werden sie ausfahren mit großer Habe.

15 Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.

Et tu ingredieris ad patres tuos in pace, sepelieris in canitie bona.

(E) Tu autem ibis ad patres tuos in pace nutritus in senectute bona.

(H) Tu autem ibis ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona.

Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.

Du aber wirst zu deinen Vätern eingehen in Frieden, wirst begraben werden in schönem Greisenalter.

Du, zu deinen Vätern sollst du eingehn in Frieden und begraben werden in gutem Greisenum.

16 Generatione autem quarta revertentur huc; necdum enim completae sunt iniquitates Amorrhaeorum usque ad praesens tempus.

Et generatio quarta revertentur huc, quia non perfecta iniquitas Emoraei huc usque.

(E) Quarta autem generatione revertentur huc nondum enim repleta sunt peccata Amorraeorum usque adhuc.

(H) Generatione autem quarta revertentur huc necdum enim completae sunt iniquitates Amorraeorum usque ad praesens tempus.

Generatione autem quarta revertentur huc; necdum enim completae sunt iniquitates Amorraeorum usque ad praesens tempus”.

Und [als] ein viertes Geschlecht werden sie hierher zurückkehren, denn nicht ist voll die Schuld des Emori bis dahin.

Aber im vierten Geschlecht kehren sie hierher. Denn noch nicht voll ist die Verfehlung des Amoriters bisher.

17 Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa; & apparuit clibanus

fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas.

Et fuit sol occumbens, & caligo erat, & ecce furnus fume & lampas ignis, quae transibat inter divisiones ipsas.

(S) Et cum sol occidisset flamma facta est et ecce clibanus fumigans et faculae ardentes igni transierunt per medium eorum quae divisa erant.

(I) Cum autem iam sol esset ad occasum flamma facta est et ecce fornax fumigabunda et lampades ignis quae pertransierunt per media divisa illa.

(H) Cum ergo occubisset sol facta est caligo tenebrosa et apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter divisiones illas.

Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter divisiones illas.

Und es geschah, die Sonne war untergegangen, es war eine Finsterdichte, und siehe, ein Ofen Rauches (Rauchofen) und eine Feuerfackel, was hindurchging zwischen jenen Stücken.

Die Sonne war eingegangen, Nachtschwärze war, da: rauchender Ofen, Feuerfackel, das zog zwischen diesen Stücken querdurch.

18 In illo die pepigit Dominus foedus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc a fluvio Aegypti usque ad fluvium magnum, Euphraten.

In die ipso pepigit Dominus cum Abram foedus, dicendo: Semini tuo dedi terram hanc, a flumine Aegypti, usque ad flumen magnum, flumen Perath.

(S) In illa die (E) In die illa disposuit dominus deus ad Abram testamentum dicens semini tuo dabo terram hanc a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Eufraten.

(H) In die illo pepigit dominus cum Abram foedus dicens semini tuo dabo terram hanc a fluvio Aegypti usque ad fluvium magnum flumen Eufraten.

In illo die pepigit Dominus cum Abram foedus dicens: “Semini tuo dabo terram hanc a fluvio Aegypti usque ad magnum fluvium Eufraten.

**An jenem Tage hat E R mit Abram einen Bund geschlossen, nämlich:
Deinen Nachkommen habe ich dieses Land gegeben vom Strome
Ägyptens bis zum großen Strome, dem Flusse Phrat.**

**An jenem Tag schloss E r mit Abram einen Bund, sprechend: Deinem
Samen habe ich dieses Land gegeben vom Strom Ägyptens bis an den
großen Strom, den Strom Euphrat.**

19 Cinaeos, & Cenezaeos, Cedmonaeos.

Chenaeum, & Chenizaeum, & Chadmonaeum.

(E) Caeneos et Cenezaeos et Celmonaeos.

(H) Cineos et Cenezeos et Cedmoneos.

Cinaeos et Cenezaeos, Cedmonaeos

Dem Keni und den Kenizzi und den Kadmani,

Den Keniter, den Knisiter, den Kadmoniter.

20 Et Hethaeos, & Pherezaeos, Raphaim quoque.

Et Chittaeum, & Perizaeum, & Rephaim.

(E) Et Chetteos et Ferezaeos et Rafain.

(H) Et Ettheos et Pherzeos Rafaim quoque.

Et Hetthaeos et Pherezaeos, Raphaim quoque.

Und den Hitti und den Perizzi und die Rephaim,

Den Chetiter, den Prisiter, die Refaer.

21 Et Amorrhaeos, & Chananaeos, & Gergesaeos, & Jebusaeos.

Et Emoraeum, & Chenahanaeum, & Ghirghasaeum & Jehusaeum.

(E) Et Amorrheos et Euheos et Chananaeos et Gergesaeos et Iebusaeos.

(H) Et Amorreos et Chananeos et Gergesseos et Iebuseos.

Et Amorraeos et Chananaeos et Gergesaeos et Iebusaeos”.

Und den Emori und den Kenaani und den Girgali und den Jebusi.

Den Amoriter, den Kanaaniter, den Girgashiter, den Jebufsiteer.